

COPIA
LITERARUM
INTERCESSIONALIUM
ad
IMPERATOREM AUGUSTISSIMUM

d. 23. Junii 1725.

ab
Ord. Belgii Fœderati
transmissarum.

Copia
Intercessions-
Schreibens

An
Kaysersl. Majestät/
Von denen General- Staaten der
vereinigten Niederlande/

d. d. 23. Junii 1725.

Vor die bedrängte Evangelische im Römischen
Reich und Pohlen.

39

13 -




*Serenissime, potentissime atque
invictissime Imperator.*

Allerdurchleuchtigster etc.

Quam benignè Cæ-
sarea Regiaque
Majestas Vestra
sæpius exceperit,
quæ pro com-
muni salute & bono publico
gessimus consilia, grata sem-
per mente recordamur, eaque
ipsa vestra benignitas nos im-
pellit, ut in re gravi, quæ ve-
hementer animum nostrum
angit, curas & sollicitudines
nostras in sinum Cæsareæ &
Regiæ Majestatis Vestræ depo-
nere non vereamur. Placa-
ta jam universa Europa, nihil
quicquam exoptabilius esse
ducimus, quam ut quies &
tranquillitas publica inter Prin-
cipes christianos quam diutis-
simè facta & tecta maneat.
Hunc in finem amovenda ac
extinguenda nobis videntur
qualiacunque discordiarum se-

Dass Ew. Kayserlich-
und Königliche Ma-
jestät die Anschläge
so wir vor das allge-
meine Wohl und
dessen Bestes gefasset / offe-
mahls allergütigst auffgenom-
men / erkennen Wir mit un-
terthänigsten Dank. Wir er-
kühnen uns daher nochmahls
in den Schoos Ew. Kayserl.
Majestät unsere Sorgen und
Bekümmernüssen wegen einer
wichtigen / und uns sehr zu Ge-
müthe dringenden Sache / unter-
thänigst niederzulegen. Denn da
nun in ganz Europa Ruhe und
Frieden hergestellt / so könnte
auch nichts erwünschters seyn/
als daß der Friede und allgemei-
ne Einigkeit unter denen Christ-
lichen Häuptern noch lange un-
verlehet erhalten würde. Zu
dem Ende trachten Wir einig
und



Pol. 8. 11. 4774 a. 11. 59

mina, unde nova diffidiorum, contentionum, quin & turbarum ac bellorum materia oriri possit. Dum hæc cogitamus, subit animum nostrum tristissima illa imago miseriarum, oppressionum & calamitatum, quibus cum Protestantibus, eorundem sacrorum communionem nobis conjunctissimi, in Palatinatu, aliisque Germaniæ locis, ab aliquo jam retro tempore conficiantur, tum & durissimæ illius conditionis ad quam Religionis nostræ consortes apud Polonos rediguntur, dum omnibus modis miserè vexantur & majora pericula quotidie ostenduntur, ut taceamus crudelium & horridam in Thuronos latam & executioni mandatam sententiam, ne tractando crudum vulnus, novum dolorem excitemus. Deflemus equidem vicem eorum, qui ob alienam culpam, capitis poenam luerunt, fortis etiam illorum nos miseret, qui solo Fidei & Religionis intuitu quotidianis & acerbis vexationibus & oppressionibus

ob-

und allein dahin / daß alle und jede Funken einiger Uneinigkeit / woraus neue Zwietracht und Spaltungen / ja wohl gar Aufruhr und Kriegs. Läuße entstehen können / gänzlich gehoben werden möchten. Indem wir dieses überlegen / so steigt uns zu Gemüthe der Erbarmenswürdige Zustand / Elend und grausame Verfolgungen / womit die mit uns und unserem Glauben vereinigte protestantische Glaubens. Genossen in der Pfalz und andern Orthen Teutschlandes schon geraume Zeit gednngstiget und gedrucket worden; Insonderheit aber gehet uns sehr zu Herzen die grausame Noth / darinnen unsere in Pohlen sich befindende Glaubens. Verwandte stecken / indem diese auf alle Art und Weise aufs heftigste gepresset werden / und noch täglich grössere Gefahr zu befürchten haben / der grausamen und erstaunens. würdigen Sentenz, welche über die Protestanten in Thoren gesprochen und gar vollzogen worden zugeschwigen / damit durch Eröffnung der alten Wundē nicht neuer Schmerzen

erwe-

obnoxii manent. Sollicita equidem nos cura premit, (huic malo, si non tempestivum atque aptum remedium quaeratur,) ne pravus & protervus ille ardor, homines innocuos, dictamen conscientiae, pro lumine ipsis à Deo concessio, sequentes, cæterum cives bonos & dicto audientes, exagitan- di, ac bonis, fortunis, patria, quin & vita exuendi, in perniciem tandem erumpat, quietemque publicam evertat, acta in desperationem nimium pressa patientia, excitatisque vicinis, rem suam agi existimantibus, cum proximum Ucalegonta ardere vident. Tam itaque hominum, communione Religionis nobis conjunctissimorum, ærumnæ atque pericula nos commoverunt, quam studium atque amor pacis excitavit, ad invocandam, una cum reliquis Principibus, qui hanc causam curæ cordique sibi esse, palam testati sunt, Majestatis Vestræ opem, pro impetrandâ aqua, & pactis conventis, constitutionibus & legibus

con-

erwecket werde. Wir beweinen und bedauern den Zustand derer, jenigen / welche eine fremde Schuld mit ihren Kopff bezahlen müssen / und einig und allein um des Glaubens und Religion willen denen heftigsten und schmerzlichen Verfolgungen unterworfen seyn. Dannerhero tragē wir angelegentlichste Sorge (woferne nicht bey Zeiten ein dienliches Mittel / wie man diesem Ubel abhelfen möge / hervor gesucht werde / damit nicht der falsche und ungerechte Eyfer / womit die Unschuldigen / so ihrer Gewissens. Überzeugung / nach dem ihnen von GOTT verliehenen und geoffenbahrtem Licht / folgen / im übrigen als ruhige und gehorsame Unterthanen sich aufführen / verfolget / und ihrer Güter / Vermögens / Vaterlandes / ja wohl gar des Lebens beraubet werden) zum grossen Verderben ausschlagen / und die gemeine Ruhe stöhren möge / zu- wahl / da nunmehr die fast erschöpfte Gedult zur würcklichen Verzweiffelung ausgebrochen / und die Angrängende / so dabey interessirt seyn / ihrer Nach- barn

conveniente securitate, & conscientiarum libertate, idque pro subditis tam Imperii Germanici quàm Regni Polonici, tanquam remedio tutissimo & necessario ad sedandos præsentis animorum motus, & ad præcavenda mala, ex nimio Religionis odio, si in eo perseveretur, exoritura.

Prædicatissima autem Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ æquas, summaque, quam non minus quam dignitate inter mortales eminet, prudentia, spem nobis faciunt, repulsam nos haud passuros in causa tam æqua & favorabili, quam tanto confidentius agimus, fidemque & præsidium Majestatis Vestræ imploramus, quodquam pro fratribus fide nobis conjunctis, conscientia libertatem rogamus, ipsi in Republica nostra, à nobis diversa sentientibus, speciatim Romano-Catholicis, indulgemus, modo se ut cives bonos gerant, nihil contra Rempublicam molientes, nec quod civili societati & bonis moribus contrarium sit, com-

mit-
barn leidenden Feuers Noth zu-
zuspringen sich gemüßiget sehen.
Solchemnach beweget uns so
wohl die Drangsal und Gefahr
unserer Glaubens-Verwand-
ten/ als auch die Liebe und Nei-
gung zum Frieden/bey Ew. Kay-
serl. und Königl. Majest. nebst de-
nen übrigen Puissances, welche
sich diese Sache eynrigt angelegen
seyn zu lassen öffentlich an den
Tag geleet / um förderlichste
Hülffe vor Erlang- und Genies-
sung der in gemachten Verträ-
gen / Constitutionibus, und
Reichs-Gesetzen gegründeten Si-
cher- und Gewissens Freyheit/ als
das höchst nöthige und sicherste
Mittel/ gegenwärtige Unruhen
und Verbitterungen der Gemü-
ther gegen einander zu stillen/ und
denen / aus allzugrossen Religi-
ons-Haß/ bey desselben längerer
Fortsetzung / besorglichen Ubeln
vorzubauen / und dieses so wohl
vor des ganzen Teutschen Reichs/
als insonderheit des Königreichs
Pohlen bedrängte Unterthanen/
inständigst anzuhaltten.

Ew. Kayf. und Königl. Majest.
höchst preißliche Gnade und hoch-
erlauchter Verstand / wodurch
Die.

mittentes; Quandoquidem sic existimamus, Deum conscientiae Jus inviolabile ac potestatem penes se unum esse voluisse & quantumvis caetera legibus humanis subjici queant, Religionem solam, nec imperari, nec cogi, nullamque vim corpori illatam, praconceptam & mentibus infixam persuasionem evellere posse. Plurima etiam exempla docent, quam parum violenta consilia in causa Religionis profecerint, quamque multo magis innumerabilia ferè incommoda, damna, calamitates, populorumque perniciem acciverint, & attraxerint. Quae omnia quandoquidem Caesaream Regiamque Majestatem Vestram pro sua singulari & perspicaci prudentia minimè latent, unicum est, quod Majestatem Vestram oremus & obsecremus, ut pro rei gravitate, atque attento animo consideratis & perpensis justis Protestantium querelis, illis mederi, & malorum, causas inhibere & tollere auctoritate sua velit, ne posthac
con-

Dieselbe nicht weniger/ als durch Dero höchsten Würde vor andern Sterblichen einen Vorzug besitzen/machen uns sichere Hoffnung/ daß wir keinesweges abschlägige Antwort erhalten werden/zumal in einer so billig/ als favorablen Sache/welche wir mit desto größerer Zuversicht treiben/ und darüber Ew. Kayserl. Majest. Hülfe und Schutz uns ausbitten/ als wir diejenige Gewissens-Freyheit vor unsere Glaubens-Verwandte suchen/ welche wir selbst in unserer Republic denen von uns diversen Religionen / insonderheit aber denen Römisch-Catholischen vergönnen / insoferne sich dieselben als geruhige Unterthanen erzeigen / nichts gegen dem Staat unserer Republic vornehmen/nach/ was der bürgerlichen Societät und guten Sitten zuwider laufft/ ausüben. Inmassen wir der Meinung sind/daß Gott sich ein unverletzliches Recht und Herrschafft über die Gewissen derer Menschen alleine vorbehalten habe/ und obwohl sonst alles denen Menschlichen Befehlen könne unterworfen werden / so ist doch die Religion alleine / so
we.

contra Cæsareæ Regiæque
Majestatis Vestræ æquam &
benignam voluntatem, &
contra Jura & privilegia, Pa-
cis Westphalicæ instrumentis,
aliisque Imperii legibus & con-
stitutionibus sancita, in Impe-
rii subditos, Protestantium fi-
dem amplexos, amplius quod
durum vel iniquum est, sta-
tuatur, verum quæ contra il-
lorum libertatem & immuni-
tatem decreta vel facta sunt,
in integrum restituantur, & ad
normam Pacis Westphalicæ
cæterarumque legum & con-
stitutionum redigantur. Tum
etiam ut Cæsarea & Regia Ma-
jestas Vestra apud Polon, Re-
gem & proceres, plurimum
valiturâ intercessione & com-
mendatione sua, vim, minas
& pericula, à dissidentibus (sic
enim Evangelicæ religioni ad-
dicti ibi vocantur) avertere,
damnorum æquam repara-
tionem, Jurium & Privilegio-
rum restitutionem efficere
haud gravetur. Sic enim mi-
seris & sine justa causa affi-
ctis opem ferendo, perturba-
tis Protestantium animis Cæ-
sarea

weder beherrscht noch bezwungen wer-
den kan/ auch keine Marter und Gewalt
so man dem Leibe nur anthun kan/ ver-
mögend/ jemand die einmahl gefasste/
und im Gemüthe fest eingewurzelte
Überzeugung zu benehmen. Es lehren
auch die meisten Exempla, wie schlecht
grausame Anschläge in Religions-
Sachen von statten gegangen/ vielmehr sel-
be unzehliches Unheil/ Schaden/ Elend/
ja ganzer Völcker Untergang zuwege
gebracht. Sintemahl nun dieses alles
Ew. Kayserl. Majest. nach Derofelben
sonderbahren und durchdringenden
höchsten Verstand keinesweges ver-
borgen; So ist dieses das einhige/
worum Ew. Kayserl. Majestät unter-
thänigst ansehen/ Dieselbe geruhen/ die
Wichtigkeit der Sache allergnädigst
reifflich zu überlegen/ denen rechtmäßi-
gen Klagen der Protestanten abzuhelp-
fen/ und ihrer Feinde Unternehmungen
durch Dero allerhöchste Autorität Ein-
halt zu thun / damit nicht nachgehends
wieder Ew. Majestät billig, und ge-
rechtsten Willen und wider die Rech-
te und Privilegia, so im Westphäli-
schen Friedens- Schluß und anderen
Reichs- Gesetzen und Constitutionibus
befestiget/ gegen des Reichs- und der
protestantischen Religion zugethanen
Unterthanen mehr dergleichen harte un-
ungerechte Procedures vorgenommen/
vielmehr/ was ihrer Freyheit und Im-
munität zuwider/ beschlossen / und zum
Theil vollzogen worden/ gänzlich resti-
tuiret / und nach des Westphälischen
Frie-

sarea ac Regia Majestas Vestra tranquillitatem reddet, pacem confirmabit, remque nostro judicio, Deo gratam, Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ Justitiæ, Clementiæ, charitati, Imperatoriis non minus quàm Christianis virtutibus dignam faciet; nos autem, quemadmodum absque dubio cæteros quoque Principes Protestantes, novo tanquam beneficio sibi devinciet, quod dum à Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ summa æquitate & prudentia expectamus, nos & Rempublicam nostram consuetæ & propensæ Majestatis Vestræ benevolentiæ commendantes, D. O. M. ardentibus votis precamur, ut Cæsaream Regiamque Majestatem Vestram quam diutissime salvam & sospitem conservet, & feliciter regnare jubeat.

Lebens, Schlusses 7 und anderer Reichs, Gesetze und Constitutionen Inhalt wieder hergestellt werden möge; Hienechst durch Dero höchstgültige Intercession und Vorwort bey des Königs in Pohlen Majestät und des dasigen Reichs Vornehmsten die Gewalt / Drohungen und Gefahr von denen Dissidenten / (welchen Nahmen die dort selbst der Evangelischen Religion zugethane führen) abzuwenden / eine billige Ersehung des erlittenen Schadens und Herstellung ihrer Rechten und Privilegiorum allergnädigst auszurücken. Denn also werden Ew. Kayserl. und Königl. Majest. denen armen / ohne erhebliche Ursache bedrängten und angefochtenen Gemüthern Ruhe schaffen / den Frieden bevestigen / und ein / unserer Meinung nach / Gott höchst angenehmes / Ew. Kayserl. Majest. Gerechtigkeit / Gnade / Huld / und Kayserl. so wohl / als Christlichen Tugenden höchst anständiges Werk verrichten / uns aber / wie nicht weniger die übrigen protestantische Puissances gleichsam durch neue Wohlthaten Sich verbindlich machen. Wir hoffen dieses durch Ew. Kayserl. Maj. allerhöchsten Gerechtigkeit und Verstand zu erlangen / und empfehlen zu Dero selben höchstgenigester Geroogenheit und Gnade uns und unsere Republic, den Dreeneinigen Gott inbrünstig zuzörderst bittende / daß Er Ew. Majestät noch lange in allerhöchsten Wohlseyn und höchstbeglückter Regierung erhalten wolle.

